



L A D I S L A V S

IV. Dei Gratia, REX Poloniae, Magnus DVX Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitia, Lituonia, Smolenscia, Czernicchoviaeque; Necnon Sueccorum, Gottorum, Vandalorumque; Hereditarius REX.

ignificamus Praesentibus Litteris Nostri, quorum interest, vniuersis & singulis: Fulgorem honorum, quibus cura Publicae Salutis infidet, in magnis & bene meritis Viris elucere, non solum ad Maiestatem Regum, sed etiam ad amplitudinem felicitatemque Rerum publicarum pertinere: Nihil enim est, quod Dignitatem ipsius ita reddat augustam, nihil quod supra humanae sortis fastigia tollat, quam auctoritas, eminentiaque Virorum, nomen, gloriaque ipsorum coram gentibus portantium, nihil quod adeo florentes, fortunataque faciat Respublicas, quam si in iis, mutuo quodam nexu, & consortio Magistratus declarent Viros, & Magistratuum Auctoritatem Viri in eis politaeantur. Hinc sedulo prouisum est a Nobis, Diuino suffragante numine, ut ad summos in Republica capessendos honores, non nisi illis pateret via, quos bono Publico natos, negotiis pares, animo vigentes, solida virtutum & meritorum perhiberent suffragia: illi, censura iudiciumque Nostri, Magistratibus decorarentur, in quorum, matura prudentia, exacto iudicio, singulari rerum vltimo, conquiesceret Regiarum curarum, pars ac sollicitudo. Hoc enim subsidio Principes vallati, extra aleam, miscentis humanae fati, metu soluti, latius aegunt, dum felici sorte partitricas suas cum aliis possunt, ac sacra illa, nec Publico in iuua bono arcana, fida Publicae felicitatis praesidia, in fido ac recte conficio deponunt pectore. Cum vero inter alios Regni Nostri Magistratus Officium Cancellariatus, ac ei loco tantum inferioris Vicecancellariatus praecipuas in Ordine Senatorio teneat partes, grauisimumque, Regalis solii dignitatem Regum incoluntate, Patriarum Legum & libertatum custodiam, in se continet, illud semper a tempore faulti regiminis Nostri, cuius primordia a caelo & voce populorum feliciter auspiciati sumus, propositum Nobis fuit, ut excollo huic muneri, digniores ex omnibus eligeremus, neque tantum intra Aulam & Curiam Nram Viros, ei dignitate pares, quaereremus, sed per ampla & diffusa Regnorum Nrorum spatia, oculos circumferremus. Quod post exemptum rebus humanis olim Rudum in Christo Praem. D. Alexandrum Czerebinski Episcopum Praemissien, Vice Cancellarium Regni, mature Nobis considerandum fuit, diutiusque, expendendum, quemnam orbat huic Dignitati praeficeremus Antilitem. Quo enim praecociore lat. Vir ille magis, & tanta mole par absumptus est, eo exactiori censura, & iudicio Regis Successor illi quaerendus erat. Sed post longam, accuratamque deliberationem, facile Nos ea cura, atque sollicitudine soluit. Rudus in Christo Pater Dns. ANDREAS A LESNO, LESZYNSKI, Episcopus Cameneceni, Abbas Tynecei, cuius is est natalitii splendor, ea Familiae claritudo, ut nulli vnquam, in amplissimum hoc Regni, ita ardui & sublines extiterint Magistratus Officia, dignitates, honoresque, quos non continua quadam serie, tam in bellis, quam in pace, magis cum admiratione omnium, ac non minori laude, Maiores sui gesserint. Quos etiam Posteritas illorum, ita nunc gerit, ut ad splendorem & gloria Familiae, asserendumque, gentilitium, auitumque, decus, vix quidquam amplius & illustrius addi possit. Superuacaneum esset, amplissimam Domum illius percurrere merita, quae tot, tantisque imaginibus, titulisque, clara, inter praecipuas eminet, suscepit Laudatissimae eius Parens olim Magnificus VENCESLAVS A LESNO, LESZYNSKI, Supremi Regni huius Cancellarius, qui lumen illud, quod a Maioribus suis acceperat, ita in omnem Posteritatis memoriam, rara eloquentia dexteritatis, eminentis consilii, heroicarumque virtutum omnium laude, praetulit, ut in illa Dignitatis luce, non Magistratus illi, sed ipse Magistratus decori & ornamentum fuerit. Non degener ab ipso Filius Rudus in Christo Pater Dns Episcopus Cameneceni, egregia emulatione virtutum Parentis sui Clarissimi singulari indole, statim a teneris solidum petebat decus. Animabant eum generosi spiritus a natura inditi, praclarosque, semper incitabant in excelso animo ad sublimia impetus. Primam itaque, iuuentam, a lubrico illo obnoxiaetatis, sanctiori asseruit exemplo, Firmiorem honestissimis excoluit disciplinis, peragrata praecipua Orbis Parte, magnaque, exinde & necessaria bono Ciui, in defesso conatu, labore & studio, rerum, sibi experientia comparata; Maturiorem Diui Parentis Nostrique, addixerat obsequiis, maximis quibusque, qualitatibus a natura, a Virpe, indole instructus, celeriori vbiq; virtutum, quam aetatis cursu. Adscitus enim in numerum Secretariorum Regiorum, exiguae virtutis, spectatae integritatis, synceri erga Regiam Domum cultus & obsequii, in hoc vniuersae Reipublicae theatro, illustria dabat specimina. In Praesidem Canonii Praemeteni electus, rara innocentia, sanctimonia, modestia, integritate, sacro illi Caui praesuit, praesuitque, destinantibus cum, ad ampliora in vltum Nostri & Reipublicae munia factis. Quam vero ille comis, quam morum suauitate, quam prouo in omnes, faciliq; genio, quam rara inter bona naturae & fortunae modestia testis, quae illum complectitur, suscepitque, Regia. Ad Cancellarium, olim Serenissimae Coniugis Nostrae, lectus, incorrupta egit fide, religione integritate, ut officium id, quod pro Dignitate obibat, praesulisse videretur publico huic, ad quod illum Calculo Nobis Regio vocamus, muneri. Accedit praestans eruditio, legum peritia, tractandarum rerum vsus, quae sufficientibus, cum ad capessendam hanc functionem, dotibus, ornant, augentque. Proinde, cum ipsa pro eo huius muneris sanctitas, ac religio, quae Publica huius Regni latione, fide, innocencia, nititur, contendat, iudiciumque, Nostri Regium, quod bene meritos prosequimur, interpellat. Faciendum duximus, ut ipsi, ex consilio Senatus Praecancellariatum Regni, modo, quo supra, vacantem, Minorisque, Cancellariae Aquilae, quali postliminio post Patrem, cuius ille aliquando fouisset curam, ad Filium reditaram, conferremus. Prout conferimus Praesentibus Litteris Nostri: per eum, cum omnibus, iuribus, Praerogatiuis, tenentibus, habentibus & possidentibus, ad extrema vitae tempora, vel quousque ampliorum Regni Episcopatum, cum hoc ipso Vicecancellariatus inuicem, incompatibilem non fuerit assecutus. Quod ad omnium & singularum, quorum interest, praesertim vero Regni Nostri Dignitariorum, ac Curiae Nostri Officialium, deducendum mandamus, ut Praedictum Rudum in Christo Praem Dnum ANDREAM A LESNO, LESZYNSKI, Episcopum Cameneceni, Abbatem Tynecei, pro vero, & legitimo Vicecancellario Regni, habeant & agnoscant ipsique, de loco, iuribus, Praerogatiuis, ad hoc idem munus, quousque modo spectant, omnibus & singulis, respondeant responderique, ab iis, quorum interest, Episcopum Cameneceni, Abbatem Tynecei, pro vero, & legitimo Vicecancellario Regni, habeant & agnoscant ipsique, de loco, iuribus, Praerogatiuis, ad hoc idem munus, quousque modo spectant, omnibus & singulis, respondeant responderique, ab iis, quorum interest, curent. In cuius rei fidem, Praesentes Manu Nostri subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Dat. Varsoviae, in Conuentione Regni Generali, die XVIII Mensis Februarii, Anno Dni, M. DC. XLV. Regnorum vero Nostrorum, Poloniae & Sueciae XIII. Anno Praesentibus Reuerendis, Illustri Magnificis, Generosis, & Venerabilibus: Andrea Szoldrski, Polnaniensi, Andrea Leszynski Cameneceni, Abbate Tynecei, Vicecancellario Regni, Alexandro Sokolowski, Kiouieni, Abbate Trzemesucensi, Nicolao Krosnowski, Vendeni, Abbate Czerwenensi, Episcopis Stanislao Koniecpolki, Castellano Cracouien, Exercituum Regni Generali Duce, Bulcei, Baren, Kowlen, Gasparo Doenhoff, Siradieni, Laysceni, Boleslaueni, Ioanne Simone Sczawinski, Braslensi, Cuiuuieni, Lancitensi, Golubeni, Iacobo Sobielki, Russiae, Iaworouieni, Palatinis & Capitaneis Zebrzydowski, Calisieni, Praszczynski, Kiouieni, Petro, Zabicki, Liucni, Castellanis, Luca de Sniin, Opalinski, Supremi Regni Marchalco, Lezaysceni, Losicei, Georgio, a Cenczyn, Osolinski, Supremo Regni, Bydgosceni, Lubaczouieni, Ryceni, Lubomleni, Brodnicei, Alberf, Stanislao, Radziwili, Supremi Mag. Duc. Lith. Kowneni, Pinceni, Tucholeni, Mauceni, Cancellariis & Capneis, Adamo Kazanowski Regni, Bielsceni, Ncoloreni, Borylsouieni, Soleceni, Leone, Casimiro, Sapieha, Mag. Duc. Lith. Curiae Marchalcis & Capneis, Ioanne, Gembicki, Secretario Regni Maiore, Praepositi Micchouiceni, Decano Cracouien, Vencellao Leszynski, Nominat Episcopo Varmieni, Regni, Francisco Maykowlki, Vilucni, Geranonei, Grodneni, Praeposito, Stanislao Naruszewicz, Mag. Duc. Lith. Referendarius & Notariis, Samuele Ryllki, Succamerario Regni, Alexandro Koniecpolki, Vexillifero Regni, Korfzunen, Percallaueni, Nicolao Ostrog, Regni, Tyzkwic, Mag. Duc. Lith. Pocillatoribus, Petro Danilowicz, Incisore Regni, Krzemencei, Parczoueni, Christophoro Gembicki, Dapifero Regni, Stanislao, Zadorfki, Regni, Felice Pac, Mag. Duc. Lith. Pincernis, & Capneis, Thoma Lezynski, Supremo thesauri Regni Notario Praeposito Lancitensi, Canonico Varlauiensi, & Secretario Nostro; Iacobo Maximilian, de Plebowice, Fredro, Succamerario Terrae Praemissien, Cancellar. Regni Maioris, Adamo Komorowski, Canonico Cracouien, Cancellar. Regni Minoris, Regentibus, Hieronymo, Christophoro, Radziwowski, Lomzeni, Kamionacei, Capitanis, Nuntiorum Terrestrium in Praesenti Conuentu Marchalco, Stanislao Piotrowski, Nominat Episcopo Chelmeni, Praeposito Ploceni, Zareba, Abbate Suleiouiensi, Starezewski, Canonico Cracouien & Varlauien, Lubieniecki Archidiacon, Leopoliensi & Canonico Varlauien, Czartoryski, Canonico Cracouien, Theodoro Zaporfki, Cantore Vladislaueni, Krzemieniella, Canonico Varlauien, Stanislao Skarzewski, Subdapifero Sandomiriceni, Thom. Wiewski, Stanislao Lezynski, Matthia Cielecki, Petro Slawinski, Francisco Lubowicki, Secretariis Nostri, aliisque, plurimis, ad praesentem Conuentum congregat, ad Praemissis fidem.



Stanislaus Rex

Jacobus Maximilianus Fredro Succamerarius Praemissionis Regens Cancellarius Regni maioris m...

163



1675

Actum in Curia Archiepiscopali Sedes in
Cathedra Beati Petri in Civitate
Romana sub Pontificatu
S. Petri in Vaticano

R. M.

Sanctus
Leone S. P. M.

Vice-Cancellarius Radni in Christo Bis Dni
Andree a Lano Episcopi Cameracensis

Donus

VIA